Noverint universi quod Ego Petrus de Podio prochie de Volanbino gratis et ex certa sciencia pro me et meis confiteor
et recognosco vobis venerabili domine Blanche de Mansione Sacristane Monasterii Sancti Danielis Gerunde quod racione mei
mansi de Podio dicte prochie ex et pro quo vos et vestri in dicto vestro sacristie beneficio succedentes habere debetis et consu
evistis homines et mulieres in eodem manso continua residencia facientes, sum et esse debeo homo proprius et solidus vester et vestrorum
succedencium predictorum una cum omni prole mea nata et nascitura et cum omnibus meis bonis mobilibus presentibus et futuris. Et ego Ffran
cisca uxor dicti Petri de Podio filiaque Petri de Fabrica prochie de Tinolario de Silva gratis et ex certa sciencia convenio et me
facio mulierem propriam et solidam vestram dicte domine Sacristane et vestri officii et vobis succedencium in eodem, una cum omni prole mea procrean
da et omnibus bonis meis mobilibus presentibus et futuris, pro eo quia causa matrimonii intravi mansum dicti viri mei. Et sic
nos dicti Petrus de Podio et Ffrancisca coniuges promittimus vobis quod erimus semper vobis et dictis vobis succedentibus boni et fi
deles ac legales tam de corpore quam de avere et non intrabimus causa morandi vel domicilium transferendi aliquam civitatem
villam vel castrum aut alium locum privilegiatum, nec aliud faciemus vel tractabimus propter quod nos vel vos succedentes predicti
nos possitis amittere et alii domini lucrari, ymmo semper nos et vobis succedentes predictos pro nostris dominis naturalibus reclama
bimus, obligantes propterea omnia nostra bona mobilia et inmobilia presentia et futura, iurantes sponte predicti et eius sancta quatuor
evangelia a nobis corporaliter tacta predicta et infrascripta omnia et singula semper rata grata et firma habere tenere et ser
vare ac attendere et complere et nullatenus contrafacere vel venire, ac de predictis facimus et prestamus discreto Petro
Berengarii de Casanova presbitero beneficiato in ecclesia Gerunde vestro nomine recipienti homagium, scilicet ego dictus Petrus
ore et manibus et ego dicta Ffrancisca tantum manibus comendatum. Actum est hoc Gerunde tercia decima die mensis
Augusti anno a nativitate domini Millesimo Trecentesimo Octuagesimo Septimo. Sig+ Sig+ Sig+na Petri de Podio et
Francisce eius uxoris predictorum qui hec firmamus et laudamus pariter iuramus. Testes huius rei sunt discretus Ffranciscus
de Cantalupis notarius et Berengarius Morelli scriptor comorans Gerunde.

Sig+num Petri de Ponte notarii publici substituti auctoritate regia a Jaspero de Campolongo [illegible] curie et baiulie [illegible] Gerunde
qui pro dicto notario hec scribi feci et clausi.

13 - 8 - 1387

n.º 995

N. 3, de quint plec dels actes dela sacristia de [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] per [illegible] [illegible] [illegible] 1387

T. 215 X 270

1056